Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Jo. XCII

sint vicio labefacti.hi nimirum huic pre-
cepto non pareant.vt scilicet seipsos bo-
norum operum prebeant exemplũ Ter-
cio addit bonorum.quoniã sunt nõnul-
li.qui dũmodo sibi mala caueant.putãt
se sue satisfecisse administrationi contra
saluatoris preceptum.qui in euangelio
ait.Sint lumbi vestri precincti.ꝛ lucer-
ne ardentes in manibus vestris.lumbos
enim.vt diui Gregorij verbis vtar pre-
cingimus.cum carnis luxuriam per con
tinẽtiam coartamus.quod pertinet ad de
clinationem a malo.sed quia minus est
mala non agere.nisi etiã quisq̃ studeat ꝛ
bonis operibus insudare.protinus addi
tur.ꝛ lucerne ardentes in manib⁹ vestris
Lucernas quippe ardentes in manibus
tenemus.cum per bona opera proximis
nostris exempla monstramus.Non ergo
satis est.vt prelatus se a malis abstineat.
sed etiã opus est vt bona faciat. Quar
to adiecit operum.quoniam sunt quidaꝫ
qui bene de mandatorum loquuntur ob
seruantia.laudant quippe ꝛ extollunt ob
seruantes.ꝛ vt alij obseruent optimis ver
bis eos hortantur.ipsi autẽ obseruare ne
gligunt.hos prelatura non decet.quoni
am ad istos dominus ait.luceat lux vestra
coram hominibus.vt videant opera ve-
stra bona.ꝛ glorificent patrem vestꝫ qui
in celis est.Duo autem sunt vt Gregoriꝰ
exponit.que iũbentur.ꝛ lumbos restrin-
gere ꝛ lucernas tenere.vt ꝛ mundicia sit
castitatis in corpore.ꝛ lumen veritatis in
operatione.Non igitur satis sunt bona
verba.vbi opus sunt facta.hinc in pasto-
ralibus ait.Sit rector in operatione pre
cipuus.vt rectam viam subditis bene vi-
uendo denunciet.Et rursus grex qui pa
storis vocem moresq̃ sequitur per exempla
hoc est per opera exteriora melius q̃ per
verba graditur.Et rursus probatio dile
ctionis.que scilicet in mandatorum ꝓsum
mãt obseruantia exhibitio est operis.Et
Marcus tulius in libris officiorum ait.
virtutis enim omnis laus in actione consi
stit.ꝛ diuus Benedictus in regula de ab
bate inquit.Omnia bona ꝛ sancta factis
amplius q̃ verbis ostendat. Quinto
adnectit prebeat exemplum.quoniã ple-
riq̃ sunt.qui a malo declinant.ꝛ bonum
faciũt.sed ne eis a saluatore dicat.Amẽ
amẽ dico vobis recepistis mercedem ve
stram.Et rursus ne reos se arbitrentur.qꝛ
contra preceptũ fecerint.vbi dicit.Attẽ-
dite ne iusticiã vestrã faciatis coram homi-
nibus.vt videamini ab eis.eorum bona
opa alijs ostẽdere prorsus recusant. Qui
bus p Augustinũ dicit.q̃ qui recte intel
ligit vtrunq̃ implet ꝛ seruiet vniuersissi-
mo domino.qui seruum pigrũ nõ damna
ret.si ea que fieri nullo modo poterãt.im
petraret.Nempe saluatoris extat inten-
tio.vt p fugiẽda inanis gloria nemo sua
bona opera affectet ab alijs sciri.ꝛ ab eo
solũ expectet mercedem.qui eũ in mentis
intuet archano.sed vt alios bona facere
doceat.iubet vt luceat lux sua coram homi-
nibus.perinde apostolus ait.cõmende-
mus nosmetipsos ad omnẽ conscientiaꝫ
hominũ in cõspectu dei.tanq̃ si diceret.
si cõmendamus nos apud homines.non
ideo hoc facimus.vt mundanã desidere-
mus laudẽ.tunc ꝓculdubio incassum la-
borabimus.sed vt in ꝓspectu dei mereamur
cuius maiestati alios nostro nitimur adi
pisci exemplo postremo ex his oib⁹ trãsli-
gimus.vt non in vno opere bono tantũ.
sed sicut circa omnes.ita ꝛ in omnibus bo-
nis operibus prelatus seipsum p̃bere de-
beat exemplũ.iuxta apostolum dicentes.
placete omnibus p omnia.sicut ego omni
bus per omnia placeo.Et iterum Thi-
motheum mouens ait.Exemplum esto fi
delium in verbo.in conuersatione.in cha
ritate.in fide.castitate.dum venio atten-
de lectioni.exhortationi.ꝛ doctrine.No-
li negligere gratiaꝫ que in te est que data
est tibi per prophetiam cum impositione
manuum presbiterij.hec meditare in his
esto.vt profectus tuꝰ manifestus sit om
nibus.que si interius perscrutemur.intel
ligemus profecto omne opus bonuꝫ qd̃
ad prelatum pertinet seruandum iuberi.
hec sanctissimus. Apostolus sicut ser
uanda docuit.ita exemplo saluatoris ipe
opere compleuit.nam quis digne vale-
at eius quotidianam pro singulis pru-
dentiam.ꝛ solicitudinem omnium eccle-
siarum explicare.Ipse enim erga om-
nes misericors.Erga omnes fraterna
charitate affectus.Offendiculum quis
patiebatur.Et ipse non infumaretur.
Offendebatur alius.et ipse vrebatur.